UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè peragendi, & per ea salutem& perfectionem propriam, ac proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Cives.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54773

Visual Library

que ſi tuâ culpabili negligentiâ, & multò magìs cooperatione accidit; quòd vel uno die injiciatur mora juri dicundo aut exequendo, teneris reſtituere damnum inde emergens. *Diligite juſtitiam, qui judicatis terram.* Sap. 9. Non verificetur in vobis illud Iſ. 1. *Pupilli non judicant, & cauſa vidua non ingreditur ad illos.*

Cives.

NOn eſtis hoſpites & advenæ, ſed cives Sanctorum, & domeſtici Dei ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto JESU. Epheſ. 5. *Qualis Rector civitatis, tales & inhabitantes in ea.* Eccl. 10. *Judas per omnia corpore & animo mori pro civibus paratus erat.* 1. Machab. 15. Bonus Conſul, *Cives autem ejus oderant illum.* Luc. 19. Parabolam hanc de Rege, qui redux accepto regno rebelles cives interfici juſſit, Chriſtus applicavit ſibi paulò antè paſſionem ſuam, eò quòd Synagogam rebellem deſtructurus eſſet. Cæterum ſæpè non ſine cauſa quis ex primariis odio eſt civibus.

Ruſtici, Agricolæ.

QUæ ſeminaverit homo, hæc & metet; quoniam qui ſeminat in carne, de carne & metet corruptionem, qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. Gal. 5. *Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora ut metatur,*